

# Anzeigebblatt

für die

## Erzdiözese Freiburg.

Nr 15

Mittwoch, 26. Juni

1918

Die hl. Messe  
am Feste der hl. Apostel Petrus und Paulus.  
BENEDICTUS PAPA XV.

MOTU PROPRIO<sup>1)</sup>.

Quartus iam annus ad exitum appropinquat, ex quo Europa bello flagrare coepit. Nobis Pontificatus maximi est onus impositum; atque hoc toto spatio, uti non se remisit unquam, imo excrevit dimicandi furor, ita ne punctum quidem temporis respiravit animus Noster ab acri cura et sollicitudine qua ex tantis belli tamque ingravescentibus malis afficiebamur. Hanc enim seriem continuationemque rerum tristissimarum hucusque Nos sine intermissione inspectantes, non solum doluimus omnium doloribus, ut vere possimus illud Apostoli usurpare: „quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?“; sed etiam de iis quae et conscientia admonebat officii, Nobis divinitus attributi, et Iesu Christi caritas suadebat, nihil unquam, quoad potuimus, intentatum reliquimus.

Nunc vero in ea temporum conditione versamur, ut sponte occurrat recordatio illius Josaphat regis, ita maximis in angoribus comprecantis: „Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in caelo et dominaris cunctis regnis gentium; in manu tua est fortitudo et potentia, nec quisquam tibi potest resistere; clamabimus ad te in tribulationibus nostris et exaudies salvosque facies . . . Deus noster . . . cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te“ (2 Par. 20, 6—12). Iam igitur omnem „sollicitudinem Nostram proicientes in Eum“, cuius in arbitrio sunt hominum voluntates eventusque rerum, ab Ipso qui „castigando sanat et ignoscendo conservat“ illud exspectamus ut misericors tantis aerumnis finem celeriter faciat, rebusque sua pace compositis, regnum in hominibus iustitiae caritatisque restituat.

<sup>1)</sup> Osservatore Romano 10 maggio 1918.

Sed primum omnium, iratus tam late diffusa contumacia peccandi, placandus Deus, idque prece humili ac supplici, quam scimus plurimum posse ad impetrandum, si quidem confidenter et perseveranter fiat. — Iam vero ad divinam maiestatem propitiandam nihil plus valet quam sacrosanctum Eucharistiae sacrificium, in quo Ipse Patri offertur qui „dedit redemptionem semetipsum pro omnibus“, „semper vivens ad interpellandum pro nobis“. Ac recte Ecclesia animarum pastoribus legem constituit certis diebus *pro populo* eorum curis concredito sacrum faciendi: quibus praesertim diebus piissima mater divinam clementiam suorum filiorum necessitatibus vult conciliari. Quoniam autem rerum omnium quibus haec tempora indigent, ea est summa, ut rursus concordia et tranquillitate potiatur humana societas, Nobis visum est peropportuum, sacros pastores, in praecipua quadam Ecclesiae solemnitate, universos Nobiscum divinum sacrificium in eam causam offerre. Itaque Motu-proprio statuimus, ut die XXIX proximi mensis iunii, natali Sanctorum Apostolorum Petri et Paul, qui populi christiani praesidia sunt et firmamenta, quotquot ex officio Missam pro populo celebrare debent, eam celebrent secundum mentem quam diximus. Praeterea sciant ceteri ex utroque Clero sacerdotes fore Nobis gratissimum, si eodem die sacrum facientes suam quoque mentem Nostrae adiungere velint. Sic enim, toto catholicorum sacerdotum ordine, in quavis ora ac parte terrarum, una simul Nobiscum sacrificante, maior aderit spes a divina bonitate impetrandi, ut illud tandem efficiatur, quod cuique est optatissimum: *Iustitia et pax osculae sunt.*

Datum Romae apud sanctum Petrum die IX mensis maii, festo Ascensionis Domini, MDCCCXVIII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV.

Nach vorstehendem *Motu proprio* des Hl. Vaters sind somit alle jene, die ex officio das hl. Messopfer an

Sonn- und Festtagen pro populo darzubringen haben, Pfarrer, Pfarrverweser u. Pfarrkuraten verpflichtet, dasselbe am Feste der hl. Apostel Petrus und Paulus nach der in dem Erlaß ausgesprochenen Meinung zu feiern, daß nämlich Gott in seiner Barmherzigkeit dem großen Kriegselend bald ein Ende mache, seinen Frieden der Welt schenke und die Herrschaft der Gerechtigkeit und der Liebe wieder in der Menschheit begründe.

Bezüglich der übrigen Priester ist es zwar nicht Pflicht, aber der dringende Wunsch des hl. Vaters, dessen Erfüllung ihm große Freude bereiten würde, daß nämlich auch sie bei Darbringung des hl. Opfers an diesem Tage ihre Meinung mit der seinigen vereinigen mögen.

Freiburg, 24. Juni 1918.

† Thomas, Erzbischof.

(Ord. 24. 6. 1918 Nr. 5373.)

Die Errichtung der kath. Kirchengemeinde Rhina betr.

Wir vereinigen mit Wirkung vom 1. Januar 1918 ab die auf der Gemarkung Rhina, Amt Säckingen, wohnenden Katholiken unbeschadet ihrer Zugehörigkeit zur Pfarrei Murg a. Rh. zur kath. Kirchengemeinde Rhina.

Se Königl. Hoheit der Großherzog haben laut Schreiben des Gr. Ministeriums des Kultus und Unterrichts v. 11. d. Mts Nr A 6357 mit Allerh. Staatsministerialentschließung v. 3. I. Mts Nr 528 gnädigst geruht, die staatliche Genehmigung zu dieser Maßnahme zu erteilen.

Freiburg, 24. Juni 1918.

Erzbischöfliches Ordinariat

(R.D.St.Nr. 12. 6. 1918 Nr 12427.)

Haftpflichtversicherung betr.

An die katholischen Pfarrämter.

Wir machen auf unsere Bekanntmachungen vom 23. Juni 1914 Nr 19904, Haftpflichtversicherung betr. — Erzb. Anzeigebblatt 1914 Seite 325 — sowie vom 26. November 1917 Nr 24133, Haftpflichtversicherung für Kinderschulen betr. — Erzb. Anzeigebblatt 1917 Seite 413 — zur Beachtung aufmerksam.

Karlsruhe, 12. Juni 1918.

Katholischer Oberstiftungsrat

(R.D.St.Nr. 19. 6. 1918 Nr 13970)

Die Vollzugsreifeerklärung des Hauptsteuerregisters über die allgemeine Kirchensteuer für das Jahr 1918 betr.

An die katholischen Stiftungsräte.

Das Hauptsteuerregister über die allgemeine Kirchensteuer für das Jahr 1918 ist durch Erlaß des Großherzoglichen Ministeriums des Kultus und Unterrichts vom 12. Juni 1918 Nr A 6475 für vollzugsreif erklärt worden.

Karlsruhe, 19. Juni 1918.

Katholischer Oberstiftungsrat

Pfründebesehungen

Die kanonische Institution haben erhalten am:

- 26. Mai: August Seubert, Pfarrer m. Abj. von Rohrbach, Pfarrverweser in Urloffen, auf die Pfarrei Allfeld,
- 26. „ Felix Sälzler, Pfarrverweser in Kleinfäulenburg, auf die Pfarrei Todtmoss,
- 2. Juni: Karl Vogel, Pfarrer in Klosterwald, auf die Pfarrei Straßberg.

Sterbfälle

Auf dem Felde der Ehre sind gefallen am

- 3. Juni: Fridolin Eisele, Felddivisionspfarrer, Inhaber des Eisernen Kreuzes I. u. II. Klasse, Pfarrer von Inneringen,
- 19. „ Gottfried Eisele, Kommandanturpfarrer, Inhaber des Eisernen Kreuzes II. Klasse, früher Vikar in Buchenbach.

R. I. P.

Mesnerdienstbesetzung

Als Mesner wurde bestätigt am:

- 6. Juni: Schuhmacher Matthäus Hildebrand an der Filialkirche in Klengen.